



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 55. S. Fulgentius secundo Exul.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum VI
A.C. 521.

continuis Regni sui curis occupatum, ardentissimo desiderio in Sapientiam ferri, quam alias solum homines otiosi, aut Romanii serio sectantur. Barbari ignorantiam indoli suæ, quam a natura hauserunt, propriam profitentur. Vandali aliive Romanorum Victores probro non ducebant Barbaros appellari, imo sibi ipsis id nominis tribuebant, quo a Romanis distinguerentur. Tum S. Fulgentius Materiam aggreditur, & in Libro primo de duabus Iesu Christi Naturis in una Persona differit, præprimis demonstrans in ipso præter Divinitatem esse animam rationalem. In Libro secundo de Immensitate Filii Dei agit, & in tertio de ipsius Passione, præcipue ut ostendat, Divinitatem non fuisse passam. Obstupuit Rex viri Ingenium & argumentorum soliditatem, nec ultra S. Fulgentium quæstioni ap. Fulg. p. bus vexare ausus est. Major fuit audacia unius ex ipsis Episcopis, cui nomen Pinta; huic S. Fulgentius respondit in peculiari opere, quod hodie desideratur, nam aliud omnino est, quod nostra ætate hoc nomen præfert.

vita c. 23.

535.

§. LV.

Secundum S. Fulgentii Exilium.

*R*ege Trasamundo S. Fulgentium diutius Carthagine retinere volenti instabant Ariani: Princeps! præsente viro isto ze-

lus

lus tuus nihil Religioni prodest ; Episco-Sæculum VI.
porum aliquos pervertit, & nisi obſiftis, A.C. 521.
adum est de Religione. Cessit Rex mo-
nentibus, & S. Fulgentium in Sardiniam
remisit. Ut ipſius disceſſum populus
ignoraret, jussit eum noctu ad portum
deduci; verum contrariis ventis navem
in altum provehi per aliquot dierum
ſpatium vetantibus tota prope Civitas
convenit, ut viro Sancto valediceret, &
Communionem de manu ejus acciperet.
Cum videret virum virtutis ſtudiosum,
cui nomen Juliateus, ob ſuum abitum tri-
ſitia obrutum, ait: *parce lacrymis, bre-
vi redibimus, & Ecclesia Catholica Liber-
tatem recuperabit.* Jussit autem, ut rem
ſilentio tegeret, timens ne tanquam Pro-
pheta coleretur. Eodem modo S. Ful-
gentius omnia dona ſibi a Cœlo gratis
data occultabat. Nunquam a Deo pe-
tiit, ut Miracula patraret, & ſi languen-
tes, aut aliis calamitatibus preſſi ipſius
precibus commendarentur, orabat in
hunc modum: *Tu ſcis, Domine ! quid
Animarum noſtrarum Saluti profuturum
ſit. Ante omnia impleatur voluntas tua!*
dicere solebat: *Miracula non dant Justi-
tiam, ſed pariunt famam, quæ ſine Justitia
noſtram damnationem auget.*

In Sardiniam iterum delatus relictā
priore Domo, in qua numerosa erat Cong-
regatio, novum Monasterium prope Ec-
clesiam

c. 25.

c. 26.

c. 27.

Sæculum VI. clesiam S. Saturnini Martyris procul a Ci-
A. C. 521. vitatis tumultu remotum suis expensis
 condidit, obtenta prius, ut oportebat, a Brumasio Episcopo Calaritano licentia.

Ibi plus quadraginta Monachis congregatis, illos ad paupertatem præprimis instituebat, ut nihil proprium sibi haberent; in ea enim virtute Monasticæ vitæ culmen constituebat. Dicebat: *contingere potest, ut fragilitas corporis Monachum cogat ad usum cibi lauatoris, si vero vel minimæ rei Dominium sibi usurpet, Superbiae aut avaritiæ indicium est.* Maxima cura ad infirmitates Fratrum attendebat, ut cuilibet, quibus indigebat, tribueret, & etiam præveniret; nam non probabatur ei, si ipsi peterent, sed volebat, ut æquissimo animo auxilium Præpositorum expectarent. Minus diligebat illos, qui solo manuum labore occupabantur, quam in quibus magnum Lectio- nis, & Scientiæ Spiritualis amorem deprehendebat, etiamsi ob virium tenuitatem ab omni labore abstinere cogerentur.

§. LVI.

Alia S. Fulgentii opera.

Sub idem tempus S. Fulgentius ad Carthaginenses dedit Epistolam Exhortatoriam. In ea technas & fraudes detegebat, quibus Ariani ad eos perver-

dos

sup

sion

scri

mer

an

qua

vita

det

lis

fun

dur

istu

gen

tis,

ver

sup

pro

S. F

cur

cor

tion

nor

tur

def

ma